# Responsum

datum a Sigismundo Iº Rege Poloniæ Episcopo Uratislaviensi — in negotio Matrimonii Elisabethæ Sacri

147

Rndme Domine —

Jam intellexit Vestra Rndma Dominatio fa-
vorem et benevolentiam non vulgarem Sacræ
Mtis Regiæ, erga Illrem Principem Dominũ
Fridericum Ducem Legnicens. quã, permota
Ejus Sacra Mtas, Illi amantissimam Ger-
manam Suam, dignata est in matrimoniũ
despondere. Nunc quod reliquum est, Ejus Sa-
cra Mtas omnes in ea re Tractatus, et Arti-
culos, inter se, et Vestram Rndmam Domi-
nationem, ex parte Illius Illrtis constitutos
confirmat et ratos habet. Optatque Ejus Sa-
cra Mtas, ut Dominus Deus his cœptis an-
nuere, et illa jam in optimam frugem et glo-
riam perducere dignetur —

Postulat vero à Vestra Rndma
Dominatione Sacra Mtas Regia, ut salutem plu-
rimam dicat Illius Illrti, nomine Ejus Sacræ
Regiæ Mtis, tanquam amico, et affini suo Charissimo —

Odo